



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 93. Franciae Oratorum postulata de proponendo Reformationis negotio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI. ditum iri a Morono Cardinale, qui brevi
A.C. 1563. Legatus ad ipsum iturus esset. His adde-
 bat, sperare se interim hæc responſa
 Cæſari grata fore, præcipue vero
 cum idem certo fit animo, se velle
 nec suspensionem, nec dissolutionem
 Synodi a ſe coactæ, ſed potius ſibi po-
 liceri tam proſperum hujus Concilii e-
 xitum, ut exinde Christiana Republica
 maximum colligeret emolumenſm.

§. XCIII.

Franciæ Oratorum postulata de pre- ponendo Reformationis negotio.

*Pallav. 8. 9.
8. 1. & 2.* Postquam Patrum conuentus hucus
 que Mantuani & Seripandi Cardi-
 naliū obitu interrupti rurſus continua-
 ti fuerant, Franciæ Oratores denuo Le-
 gatos, ne fidei dogmata diſcuterent, ab-
 sterere, eosque ad pertractandum e-
 mendationis negotium inducere cœpe-
 runt: verum illis responſum, quod non
 ita cuncti Patres ſentirent, quin imo
 vehementer a Cæſare urgerentur, ut ex-
 men absolveretur circa quaſtioneſ de
 Matrimonii, & Ordinis Sacramento.
 quapropter diſputationibus Theologo-
 rum brevi absolutis, Legati ad tollendas
 Ordinis corruptelas operam converte-
 runt, ut eas generalis Conuentus judi-
 cio exponerent, ſtatim ac ſelecti ad illas
 colligendas Patres munus ſuum obiis-
 ſent.

qui brevi
is adde-
responfa
e vero
e velle
itionem
sibi pol
ncilii e
spublica
tnm.

de pre
otio.
hucus
i Cardi-
ntinua
nuo Le
ent, ab
dum e
cæpe-
od non
in imo
ut ex-
iem de
mento.
eologo-
llendas
nverte-
is judi-
ad illas
obiis-
sent:
Ceterum observat Vicecomes, Sæcul. XVI.
quod die octava Martii adhuc ex qua- A.C. 1563.
dam classe decem superfuerint Theolo-
gi, qui nondum suas pronuntiassent sen-
tentias: inter illos autem, qui jam-
jam suam proferebant opinionem, non-
nulli, atque inter alios præcipue Santo-
nensis Theologus plura congesserint,
quibus Pontificis auctoritatem circa di-
spensationes supprimere niterentur.

§. XCIV.

*Cardinalis Lotharingius Patavium, &
Venetias profectus.*

Interea Lotharingius Cardinalis, cum Nicol. Psal.
Congregationes interrumpi cerneret, p. 379.
hoc temporis opportunitate usurus, a Mem. pour le
nimi relaxandi, tediumque dissipandi Conc. de
gratia iter aggredi constituit, prius Trente
quam vero discederet, ad Franciæ Re- Lettr. du
gem perscripsit, inter biduum, aut forte Card. de
triduum disputationes circa Matrimo- Lorr. au
nium esse absolvendas, Legatosque Roy 18.
promisisse, quod postea de reformatio- Mar. p. 407.
nis negotio agere velint, nihil tamen
de Synodo sperandum, donec Moronus
& Navagerus ambo novi Legati essent
accessuri. Insuper ad Regem transmi-
serat exemplar epistolæ a Cæsare ad
Papam scriptæ, simulque significabat,
quod Aloysii Avilæ, qui novus erat
Hispaniæ Regis Orator, adventus expe-

M 3 stare-